

executionem effectivam procedentiam, notoriā vim facere, & protestatus Regium, & salubre auxilium violentia, obtinere debet, nempe vim fieri, & innovata reponere. Limita tamen hanc regulam, ut procedat in foro Ecclesiastico indistincte, & in seculari quoad judices inferiores: secūs tamen quoad supraim tribunalia, Regiaque prætoria, in quibus praxis, & consuetudo obtinuit, ut decretum relaxationis carcerati non suspendatur per supplicationem emissam, imò ea non obstante reus solet relaxari, & hoc jure utimur, licet juris regulæ sint in oppositum.

Ego autem hanc conclusionem libenter limitarem secundò, etiam in judge Ecclesiastico, & secularibus inferioribus, ut minimè procedat, quando reus relaxatur ex capite innocentia secundū ea, quæ suprà, hoc in capite diximus ex leg. nullus, Cod. de exhibendis reis, leg. pro quo poene, §. 1. ff. de manumissionibus, Hippolyt. de Marsil. in præct. crim. §. attingam, num. 16. Paride de Puteo de syndic. versiculo fiducijsor. officialium, cap. 3. si judec maleficiorum, numero 12. Roderico Xuarez in tractatu de fide, in causa crim. num. 5. & pluribus relatis à Menoch. de arbitr. casu 303. num. 56. Julio Claro in præct. crim. qu. 46. verbo pariter, &c. & ex aliis suis adductis: nam si conclusa causa, & didicita testificata in judicio reus innocens ex actis ipsiis evidenter constat, & appetit innocens, quid spectandum est, nisi ut ipse statim relaxetur? Postquam tam clarè de sua innocentia docuit, in quo cessat periculum fugæ, & poena evitanda, cum sit in causa absolutionis potius, quam condemnationis, quod æquum & humanum est. Si autem alio capite, aliave ratione, putat, jurisdictionis, personæ, ordinis, &c. relatus fuerit, procedat conclusio in regula prædicta, in quibus juris rigor est servandus.

Eorum autem, quæ hucusque diximus, non inutiliter in hoc loco proxim offeram, & in dubium revocatio bo: an si in casibus, in quibus appellare posse diximus ab injusta carceratione, & detentione, quibus omnino debet judec Ecclesiasticus deferre, quod si secūs fecerit, & per viam violentia ad curiam causa hæc trahatur, indubitate est, esse declarandum, vim facere, deferarque, & reponat omnia facta post appellacionem, & intra tempus ad appelandum, an judec ipse Ecclesiasticus, cui Regia provisio ordinaria hujus decreti virtute facta intimatur, simul cum delatione debeat captum reponere, sic carceratum appellante relaxare & facit dubium: nam cùm hoc genus gravaminis habeat tractum successivum, & quotidie gravet, inde est, ut etiam post appellacionem ab injusta carceratione emissam gravamen duret, & ita illud, tanquam innovatum, & attentatum, debeat reponere, & relaxare, ex qua ratione non desuit, qui hanc partem veram esse dixerit.

Quod tutum mihi nullo modo videtur, nec jure probabile, ad quod suppono, quod aut appellacionem ab injusta carceratione consideramus, antequam mandatum de capiendo effectum habeat, & isto casu speciale est, ut non obstante appellacione ab ipso mandato capture sequatur, nec tunc dicitur aliquid judicem contra eum novare, nec attentare, ex eo quod jus publicum, & suum tueri videtur. Guido Papæ in decisionibus Delphina, decif. 235. Franc. Mare. decif. 915. incipit quero an pendente, n. 4. Cardin. Tuschus conclus. 101. n. 11. & titulum nihil novari appellacione pendente, hoc in casu ex consuetudine locum non habere, tenet Julius Clarus in præct. crim. q. 46. num. 2. & favent ea quæ diximus cap. precedenti, circa appellacionem à citatione reali, ubi plures altos recitavi: ita illum titulum limitat etiam Guido Papæ decision. 25 si quis incarceratedetur, dicens, quod licet carceratus non conservetur in eo statu libertatis, in quo erat tempore appellacionis, non ideo securè captiū innovatum est, nec

ut tale venit revocandum idem tenet Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 33. post num. 4. idem Lancelotus ibid. l. cap. 12. amplia. 4. in prefatione, n. 21. & 22. & talis captura & detentio post appellacionem conten- 256 dit ad faciliorem ejus, & causa expeditionem, ut bene advertit Alciatus consilio 16. incipit licuerit, sub n. 4. lib. 7. & idem Lancelotus ubi proxime, d. ampliatione 4. numero 22. Prosp. Farinacius lib. 2. præct. crim. quest. 3. n. 21. ubi plures refert.

Et quando judec aliquid post appellacionem fece- 257 rit, quod in faciliorem causa, & appellacionis tendat, nec est attentatum, nec ut tale venit revocandum, imò jure optimo sibi permisum est, textus est in cap. cum teneatur, de appell. Petrus Duennas in regul. 42. limi. 17. Franc. in d.c. cum teneantur, in 2. nota. August. Berouius consilio 45. in causa. 2. lib. 3. textus & reg. in verbo distinxus, in c. 2. de matrimonio contra interd. Ecclesie, & ibi Abb. in ult. nota. & Joan. Andr. facit text. in c. tua, & ibi Abb. n. 2. de sponsa diuinarum, Franchus in c. sollicitudinem, num. 3. de appellatio. Parius n. 54. incipit in isto judio, n. 2. lib. 3. Rota dec. 4. alias 390. si deferatur, de sequestr. posse. & fructum novis, & decisione 1. alias 349. nota quod si deferatur, ergo cùm non sit hæc secuta captura, attentatum, nec innovatum, juxta quæ dicta sunt nec aliquo modo revocatur à jure; imò ab eo permisum est, minùs rectè dicemus, ut virtute provisionis ordinariae debeat reus relaxando reponi, cum intentio provisionis non tendat, nisi ad attentata, & innovata in præjudicium appellacionis facta, contra canonum, & Conciliorum statuta, & decreta, ut probavimus in 1. & 2. c. prime partis, & vide quæ in specie hujus difficultatis latè dixi suprà, prima part. cap. 2. §. 1. à n. 22. cum pluribus sequentibus.

Pro quo facit declaratio Cardinalium super Concilio Trident. seff. 24. de reformatione, c. 20. versicul. ab ista reparari nequeat, ibi: Intelligitur etiam de gravamine indebitæ carcerationis, & ordinarii tenetur huic appellacioni deferre, & finire processum, interim tamen reo remanente in carceribus, donec judec appellacionis causâ cognitâ aliud jussit. Idem dictum fuit per interpretes Concilii Trident. 4. parte decisionum novissimarum, quæ simul sunt inter declarationes Cardin. ibi: Congregatio Concilii censuit gravamen indebitæ carcerationis esse ex his, quæ per appellacionem à definitiva reparari nequeunt: idéoque ab eo ante definitivam appellare licere, ex decreto, cap. 20. circa princip. & ordinarium teneri huic appellacioni deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec judec appellacionis causâ cognitâ, aliud jussit, &c. quæ ad invicem videntur transcriptæ, & pondera, quia simul & deferre, & detinere jubent, cuius specialitas, & intentio ex supradictis pender, & vide Sciam de appellatio. quest. 17. memb. 1. num. 165. & quest. 20. num. 26.

Aut enim appellacione consideramus emissam post- 259 quam est decretum captiū in defectum deductum, & sic ab ipsa detentione injustæ, postquam ipse appellans captus fuit, effectivè: tunc enim minùs dicenda est captura attentata, & ideo post appellacionem reus relaxandus non est, ut tenet Speculator in titulo de appellat. §. novissime, in print. versiculo tertius si condemnatus, quem sequuntur Vitalis in tract. de clausu in claus. nihil novari appellat. pond. in princ. versiculo item fallit Maranta in spec. 103. parte 6. p. 16. princip. question. 2. n. 186. versiculo 1. limita. Allegans Bartol. in leg. ab executione, Cod. quorum appellations non recip. & Bald. in l. 2. Cod. de Episcopali aud. Petrus Duennas in reg. 42. n. 11. vers. 22. fallit. Lancelot. Conrad. de prætre §. 2. de offic. prætor in causa civili, cap. de appellat. sub n. 21. versiculo 1. condemnatum, & per Lancel. tenet Scac. de appellat. qu. 17. limit. 47. membr. 1. num. 161. ubi n. 162. tractat, quod quando quis est jam condemnatus, an 260

Pars II.

Cap. V.

191

& quando sit relaxandus appellans: hoc tamen velim intelligas, procedere non jure speciali ex rationibus de quibus in causa superiori, sed jure ordinario, ut ita 261 dicam, & communi, ex eo quia natura appellacionis ea est, ut omnia conservet in eodem statu, quo erat tempore appellacionis emissæ, textus in l. 1. ibi, integrus enim status, &c. ff. nihil novari appellatio, textus in dict. c. 1. m. lite pendente nihil novari appellatio, textus in dict. c. 1. ut lite pendente nihil novari appellatio, textus in cap. veniens, de jure jurando, ergo cùm appellans tempore appellacionis, se incarceratum inventit, à quo emisit appellacionem, sola ipsa appellatio non erit sufficiens, & talis potentia, ut factum inficiat absque superioris cognitione, & opere, ut ex pluribus aliis dicit Prosp. Farin. d. 2. torn. quest. 33. nn. 21. nulli enim appellacioni hæc est attributa potest, ut ante eum gesta attentata jus vocet, nec ex ea causa revocet, nisi per viam ordinariam appellacionis fecit, coram superiori benè ap- 262 pellatum, & malè judicatum decidatur, & quando factum præcedit appellacionem, vel tempus ejus proponendæ, non dicitur attentatum: text. in cap. non solum, de appellat. in 6. & video cùm captura præcedat appellacionem, juxta regulas juris, in eodem statu esse debet, quia attentatum non est: imò si post appellacionem hoc casu captus appellans relaxetur à carcere, ista relaxatio respectu promotoris fiscalis, vel accusatoris erit attentatum, & innovatum, & cùm alteretur natura appellacionis, omnia in eodem statu conservantur, ut post hac scripta considerata invenit Lancel. Robertum hæc limitantem in tra. de attent. 2. part. cap. 12. lim. 33. nn. 3. qui non immerit damnum Doctores supra relatos, putantes, hoc etiam procedere jure, & ratione speciali, idemque adscribentes pro fallentia ad regul. nihil novari appellatio pendente, cùm primò potius detentio in carcere post appellacionem ab eo emissam prædictam regulam per omnia immitetur, quod verum est, vide etiam Sca. de app. q. 17. q. 57. lim. 57. memb. 1. n. 162. fol. 194.

264 Si igitur ut vides, in utroque casu detentio incarcerated post appellacionem ab injusta captura emissam, nec attentatum, nec species ejus dicatur: sed proveniat ex juris precepto, & natura appellacionis ejusdem, in ea nullo modo poterit verificari provisio ordinaria in illa particula, y reponga lo hecho despues de appellacion, &c cùm de attentatis intelligatur non aliter, quod si fecerit potaret verum, magnum absurdum sequentur; nam si appellans relaxatur ex curia decreto, ad quid deferre appellacioni à captura jubet; quid posset ex ea ulterius consequi coram superiori, & ad quem eff. 265 factum delatam appellacionem prosecuturus est, cùm nullum ex ea potest fructum consequi; & talis appellatio nec admittenda, nec prosequenda est, quia revocato gravamine, à quo appellatur per judicem inferiorum, non interest appellantis appellacionem proseguiri textus in c. si à judece, ibi, & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit ex tunc liberè in causa procedere, ac si appellatio interpolata non fuisse de 267 appell. in 6. dicit ibi gloss. verbo non fuisse, quia cessante gravamine cessare debet appellatio, text. in c. cum cessante de appellat. quia interesse non habet: ita eleganter loquitur Philip. Franc. in d. cum cessante, 5. lim. ad fin. 268 nem vers. amplius intellige omnia præcedentia fol. 71. à tergo, generale enim est, ut appellatio emissam per eum, cuius non interest, dicatur frivola: ita tenet Fulg. conf. 165. n. 2. ubi latè Card. Tus. concis. 396.

269 Ceterum aliud & intolerabile absurdum, ut superioris jurisdictio hac via usurpetur, intromittentis se de meritis causæ, & ejus justitia directè cognoscere; quod a nobis abit: hujus etenim cognitio ad superiorum de appellacione cognoscentem pertinet omni jure, & ei in curia attente reservanda est, ut judicant illa verba prædictæ declarationis Cardin. & decisionis

Rota ibi, teneri huic appellacioni deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec judec appellacionis causâ cognitâ, aliud jussit, & sic supremi auditores de appellacionis delatione current, non autem de relaxatione capti, quia hæc debet à superiori appellacionis judec pendere. Laus Deo.

CAPUT V.

Ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto, eorumque relatione, an judec vim committere dicetur, appellacioni emissæ non deferendo, & quid à suspensione, vel depositione beneficii, vel temporalia resipientibus.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio, suspensio, & interdictum sub censura verbo comprehenduntur.
- 2 Excommunicationis sententia dicitur interlocutoria.
- 3 Ab excommunicatione appellatio non suspendit ejus effectum quia secum executionem, & ligamen trahit.
- 4 Declaratio præcedentis excommunicationis etiam post appellacionem fieri potest.
- 5 In prohibenda appellacione ab excommunicatione variè loquuntur Doctores, & causè legendi.
- 6 & 7 Appellatio ab excommunicatione, & aliis censuris non suspendit, sed devolvit, & quid devolutio operetur.
- 8 Excommunicationis sententia conditionalis suspenditur per appellacionem subsecutam.
- 9 & 10 Etiam postea accedente conditione, quia excommunicatus appellans non ligatur.
- 11 Dicitio nisi posita in sententia illam reddit conditionalem.
- 12 Excommunicari declaratio, & publicatio fieri potest post appellacionem ab excommunicatione pura.
- 13 Denuntiatio est accessoria, consecutiva ad excommunicationem, & sic fieri potest appellatio pendente.
- 14 Excommunicatus pure per denuntiationem amplius non intelligitur, nec excommunicationi aliquid addit.
- 15 Denuntiationis praxis, & affigendi latrones, & zelulones Romana Curia, remissio.
- 16 & 17 Denuntiationem per quam excommunicatus appellans plus ligetur, prout aggravatio, & reaggravatio, facere judec requirit.
- 18 A præcepto sub pena excommunicationis licita est appellatio suspensiva.
- 19 A comminata excommunicatione licet suspensiva applicare.
- 20 A comminatione judicis executiva gravaminis illati appellatur suspensiva.
- 21 Excommunicatio post appellacionem legitimam est nulla, & attentata.
- 22 Excommunicatio post legitimam appellacionem, cùm nulla sit potest clericus celebrare ab irregularitate.
- 23 Appellatio à censuris nullis licita est.
- 24 A monitorio datis ubi danda non sint, appellatur licet, quia sit actus, per quem futurum designatur gravamen.
- 25 A repositione petita & negata, & censuris nullis licita est appellatio.
- 26 Excommunicatio & alie censura, quibus casibus dicantur nulla, aut injuste, remissive.
- 27 Excommunicatio actus est executivus.
- 28 Excommunicatio nulla non ligat, & recipit appellacionem.
- 29 A monitorialibus literis ad effectum revelationis de negatis licet appellare.
- 30 Monitoriales literas ad effectum revelationis quinque requiruntur exigenda, ut queant relaxari.